

**Modvs Frvctvose Celebrandi Missam**

**Giustinelli, Pietro  
Belli, Domenico**

**München, 1649**

Alia eiusdem.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55294](#)

*Alia ejusdem.*

Ineffabilem misericordiā tuam, Domine IESV Christe humiliter exoro, ut hoc Sacramentum Corporis, & Sanguinis tui, quod indignus suscepī, sit mihi purgatio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra mundi pericula firmamentum, sit impetratio veniæ, sit stabilimentū gratiæ, sit medicina vitæ, sit memoria tuæ Passionis, sit contra debilitatē fomentum, sit viaticum meæ peregrinationis. Euntem me conducat, errantem me reducat, reuertentem me suscipiat, titubantem me teneat, cadentem me erigat, & perseverantem me in gloriā introducat.

A s O al-

O altissime DEVS , beatissima  
præsentia Corporis, & Sanguini-  
nis tui sic immutet palatum  
cordis mei, ut præter te , nullā  
vnquam sentiat dulcedinem,  
nullam amet pulchritudinem  
nullum quærat illicitum amo-  
rem , nullam desideret conso-  
lationem, nullam vnquam ad-  
mittat delectationem, nullum  
curet honorem, nullam timeat  
crudelitatem, Amen.

*Alia Oratio ad Iesum.*

**A**doro , laudo, & glorifico  
te, benedico & gratias a-  
go tibi, Domine Iesu Christe,  
pro vniuersis miserationibus,  
& beneficijs suis. Gratias ti-  
bi-